Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



116

si refrena hic linguam tuam. & erit seruam hic peregrinus. fratres interrogauerunt ab
batem sisoy dicens. Desidero custodire cor meum. Dicit ei senex. Et quomodo
possumus custodire cor nrm. si lingua nostra ianuam apertam habuerit.
fratres interrogauerunt abbatem pastorem dicens. Quomodo oportet monachum sede
re incellam. Et respondit. Quantum ad id quod intimanifesto est. hoc ut faci
at opus manuum. & semel comedat & taceat & meditetur. Occulte enim pro
ficere incella. hoc est ut redarguat semetipsum de propriis excessibus unus
quisq; in omni loco adquem peruenerit. DE COLLATIONE. XL.

QVO SIT VTILIS ADINSTRVENDVO LECTIO. ADHI
bita collatione maiorem intellegentiam prebet. Melius est enim
conferre quam legere: Collatio docibilitatem facit. Nam propositis interrogan
tibus cunctarum rerum excluditur: & sepe obiectionib; latens ueritas appro
batur: Quod enim obscurum est aut dubium. conferendo cito prospicitur:
Sicut instruere solet collatio. ita contemnio destruit. Hec enim relicto sensu
ueritatis lites generat. & pugnando uerbis etiam indeum blasphemat. Lectio me
morie auxilio egit. quod si fuerit naturaliter tardior. frequenti tamen medi
tatione acuitur: ac legendi assiduitate colligitur. sepe prolixa lectio longi
tudinis causa memoriam legentis obluterat. Quid si breuis sit submouq; libro
sententia retinetur manimo. tunc sine labore legitur: & ea que lecta sunt re
volendo memoria minime excedunt. Acceptabilior est sensibus lectio tacita
quam aperta. Amplius enim intellectus instruitur quando uax legentis quies
cit. & subsilentio lingua monetur: Nam clare legendo & corpus lassatur. &
uocis acumen obtundtur: Dixit abbas peladius. Oportet animam secundum
xpi uoluntatem conuersantem. aut discere fidelium que nescit. aut manifeste
docere quod nouit. Si autem utrumq; cum possit non uult. insane morbo
laborat. Initium enim recedendi adeo fastidium doctrine est. Dixit abbas
pastor: Quia qui querelosus est. monachus non est. Qui fratri suo detrahit mo
nachus non est: Qui iracundus monachus non est. Qui uere monachus est semp
est humilis & quietus & caritate plenus. & timorem dei preceptis habet. & cor
suum custodit. Interrogatus senex quid est quod legitur. uia angusta & ar
ta. respondens dixit. Angusta & arta uia est ut cogitationibus suis homo mo
lestiam faciat. & abscidat propter dim uoluntates suas. Hoc est enim quod scrip
tum est. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: Dixit senex. Debet
monachus cotidie mane & sero cognare in semetipso. quid fecit eorum que
uult deus & que non fecit. & ita iactans omnem uitam suam peniten
tiam agendo. monachus esse potest. Dixit senex. Dormiente te aut sit